

DE CULTU IMMEMORABILI
BEATÆ
FRANCISCÆ AMBOSIÆ

DUCISSÆ BRITANNIÆ

AC MONIALIS CARMELITANÆ

DISQUISITIO HISTORICA ET LITURGICA

DE MANDATO DD. ALEXANDRI JAQUEMET, EP. NANNET.

SCRIPTA

AC JUDICIO SS. DD. N. PII PP. IX

SUBJECTA



NANNETIS

APUD VIDUAM C. MELLINET, DD. EPISCOPI TYPOGRAPHUM.

—
1862.

DE CULTU IMMEMORABILI
BEATÆ FRANCISCÆ AMBOSIÆ

DUCISSÆ BRITANNIÆ AC MONIALIS CARMELITANÆ

DISQUISITIO HISTORICA ET LITURGICA.

DE CULTU IMMEMORABILI
BEATÆ
FRANCISCÆ AMBOSIÆ

DUCISSÆ BRITANNIÆ
AC MONIALIS CARMELITANÆ

DISQUISITIO HISTORICA ET LITURGICA

DE MANDATO DD. ALEXANDRI JAQUEMET, EP. NANNET.

SCRIPTA

AC JUDICIO SS. DD. N. PII PP. IX

SUBJECTA



NANNETIS

APUD VIDUAM G. MELLINET, DD. EPISCOPI TYPOGRAPHUM.

1862.

DE CULTU IMMEMORABILI
BEATÆ FRANCISCÆ AMBOSIÆ

Ducissæ Britanniae ac Monialis Carmelitanae

DISQUISITIO HISTORICA ET LITURGICA

DE MANDATO DD. ALEXANDRI JAQUEMET, EP. NANNET. SCRIPTA

AC

JUDICIO SS. DD. N. PII PP. IX SUBJECTA.

Quum nuperrime, Liturgiæ Romanæ in Diœcesi redintegrandæ causa, disquisitiones multæ factæ sint circa cultum sanctis Ecclesiæ Nannetensis exhibitum; ac SS. Dominus noster benigne probaverit Missas et Officia propria quæ RR. DD. Episcopus sibi filiali reverentia subjecerat; jam novus amor cœlitum qui nostras regiones vita et morte illustrârunt omnium corda occupavit. Vetera enim monumenta liturgica quasi e tenebris eruta sunt, quibus nobis melius innotuerunt virtutes et gesta sanctorum quos jure fraterno colimus; simul ac nobis perspectum fiebat Ecclesiam Nannetensem S. Romanæ Ecclesiæ filiam, Liturgiæ maternæ, si fas est ita loqui, tenacius adhæsisse, paucos si excipias annos. Quæ omnia facile demonstrantur ex Proprio Nannetensis Diœcesis, adnotationibus et commentariis ornato, quod S. Rituum Congregationis examini propositum fuit anno Domini 1857.

Ex hoc novo atque amanti studio, quo omnia quæ ad Sanctos Nannetenses spectant scrutati sumus, istud jam feliciter evenit ut beatus Episcopus noster Æmilianus qui anno 725, pro sancta Christianitate adversus Sarracenos decertans, gloriosa morte occubuit, et cultu solempni in Diœcesi Augustodunensi honorabatur, post longam oblivionem, approbante eodem SS. Domino nostro, Pio Papa IX, in Diœcesi sua tandem, ut par est, coleretur. Vere, quum Reliquiæ ejus anno 1859 in Ecclesiam nostram Cathedralē fuerunt translatae, vere, inquam, apparuit Deus mirabilis in sanctis suis. Nam factus est concursus ingens et lætitia totius civitatis ac Diœcesis. Fides catholica in cordibus vividior effloruit, et quod sane in his luctuosis tempestatibus laudandum, exarsit devotio maxima erga summum Pontificem et sanctam Sedem apostolicam.

Sed in ipsis S. Æmiliani festis conclamatum est aliam esse Sanctam quæ maxime Nannetensi populo dilecta fuerat vivens et mortua, et tempus advenisse quo Deus volebat ancillam suam glorificari ad honorem suum atque Ecclesiæ suæ. Hæc ipsa est cujus cultum ab immemorabili probari Pontificio Decreto supplicibus votis optamus, BEATA FRANCISCA AMBOSIA, olim Ducissa Britanniae et post regnum humilis in Ordine Carmelitano monialis. Res autem ut ordinatius procedant, primum vitam Beatæ Franciscæ breviter narrabimus; deinde monumenta publici cultus ipsi exhibiti afferemus.

I.

SYNOPSIS VITÆ BEATÆ FRANCISCÆ AMBOSIÆ

DUCISSÆ BRITANNIÆ ET MONIALIS CARMELITANÆ (1).

Beata Francisca nata est anno Domini 1427, Martino V, Pontifice, Carolo VII, rege Galliarum. Patrem habuit Ludovicum Ambosium (*Louis d'Amboise*), vice-comitem de *Thouars*; matrem vero Mariam de *Rieux*, ex illustri et antiqua

(1) Synopsim vitæ B. Franciscæ Ambosiæ contraximus ex tribus Auctoribus qui eam scriptis mandârunt, nempe:

Fr. Leo Rhedonensis, ex Ordine PP. Carmelitarum Reformatorum;

Albertus Legrand de Morlaix, ex ordine PP. Sancti Dominici;

Dñus Barrin, Canonicus Cantor Ecclesiæ Cathedralis Nannetensis, necnon Vicarius generalis ejusdem Diœcesis.

Pauca habemus de F. Leone Rhedonensi, vel Leone à S. Joanne (in sæculo Joanne Macé). Ex biographia universali De Feller (*Nouvelle édition par M. Pérennez, à Paris,*

prosapia Britannica. Adhuc infantula ducta est ad aulam Joannis V, ducis Britanniae, opera comitis de Richemond, Præfecti Maximi exercituum Galliarum (*Connétable de France*), fratris ejusdem Joannis, ut jam a longe via pararetur matrimonio ineundo inter Petrum secundum filium Joannis et beatam Franciscam; cūi, natu majori nteri sorores, magna familiæ bona hæreditate

chez Gauthier frères et C^{ie}, 1834, t. VII^e. V^o Léon de Saint-Jean.) docemur illum Rhedonis natum in Britannia minori, successive varia ordinis sui munera obiisse, eumque fuisse qui a summo Pontifice Alexandro VII laudem mereretur. Vitam B. Franciscæ ab eo editam anno 1834 manibus tenemus.

Titulus editionis qua usi sumus iste est: *Vie de la très illustre Duchesse Françoise d'Amboise, fondatrice des Religieuses Carmélites en Bretagne*. Fr. Leo aperte docet se vidisse monumenta authentica et archivia, e quibus notitiam rerum gestarum desumpsit; necnon compendium historiæ B. Ducissæ scriptæ a Christophoro Le Roy, Doctore Sorbonico, Parisiis impressum, anno 1621 (valde probabile est hunc Christophorum Le Roy eundem esse qui subscripsit Inventario Actorum et Instrumentorum Monasterii de Scotiis, confecto diebus 13 et 15 maii, 26 et 27 junii 1624, et in præambulo hujus Inventarii quod existit in Archivio Præfecturæ Nannetis dicitur Doctor in S. Theologia Facultatis Parisiensis); atque imprimis usum fuisse veteri manuscripto, a Fr. Joanne de Montay, Carmelitano, Lutetiæ Parisiorum exarato anno 1548, id est sexaginta et tribus annis tantum post obitum B. Franciscæ. Nemò non intelligit quanta auctoritas accedat narrationi Fr. Leonis ex antiquo manuscripto quod præ oculis habuit. Videsis, p. 23, hujus Dissertationis. Liber Fr. Leonis vere est, ut ita dicam, testimonium authenticum ab ordine Carmelitano in gratiam Beatæ Franciscæ Ambosiæ prolatum. Vita B. Franciscæ a Fr. Leone secunda vice edita fuit anno 1669. Exstat in Bibliotheca Imperiali Parisiis exemplar hujus secundæ editionis.

Albertus Legrand natus est, ut cognomine innotescit, in oppido *Morlaix*, Britanniae minoris, Diœcesis S. Pauli de Leone hodie unitæ Diœcesi Corisopitensi, circa finem sæculi XVI. Plura Britanniae cœnobita incoluit, inter quæ cœnobium Nannetense non est silentio prætereundum. Celebris est liber quem scripsit sub titulo: *La vie, gestes, mort et miracles des Saints de la Bretagne Armorique, etc., etc., dédié à Messieurs des Etats dudit pays, par Fr. Albert Legrand de Morlaix, religieux, prestre et Père de Conseil de droict, en l'ordre des Frères Prédicateurs, profez du Couvent de Rennes*. Typis mandatus fuit prima vice, Nannetis, anno 1637; secunda vero Rhedonis, anno 1659, mortuo jam auctore; ac tertia item Rhedonis, anno 1680. Ultimo in lucem editus fuit, anno 1837, in civitate *Brest*, cum adnotationibus, a Daniele Ludovico Miorec de Kerdanet, et Ludovico Graveran, tum parochus dictæ civitatis *Brest* in Diœcesi Corisopitensi, quique postea sedem episcopalem ejusdem Diœcesis tenuit. Albertus Legrand non est semper criticus exactior, quando commemorat res antiquas scrutinio severo examinandas. Is est autem cui fides debeatur quum loquitur de rebus quas ipse potuit cognoscere, utpote pietate ac morum gravitate pollens, atque insuper monumenta authentica ac manuscripta diligenter scrutatus. Quod omnino locum habet in vita

obtingenda erant (1). Joannes dux uxorem habebat Joannam sororem Caroli VII Regis Galliae, nobilissimam et religiosam mulierem, quae S. Vincentio Ferrerio in spiritualibus magistro usa fuerat, eique morienti Venetiis, in civitate Britanniae, humiliter ac pie erat famulata.

Beata Francisca quam Dominus prævenerat in benedictionibus dulcedinis suae, talis institutricis ductu, crevit in pietate et timore Domini. Jam orationi addictissima, Ecclesias frequentare; pro amore D. N. J.-C. injurias et incommoda temporis patiens tolerare; in pauperes charitate effusa, vestes ipsas ac cibos eis distribuere solebat. Amore ardentissimo erga Salvatorem in Sacra Eucharistia latentem afficiebatur, ita ut, quum videret Joannem Ducem ejusque uxorem aliosque

B. Franciscæ ejus temporibus vicinus fuit, sicut ipse alioquin testatus est, fontes commemorans e quibus narrationem suam hausit. Vide, p. 23 hujus dissertationis.

Editiones supra laudatæ nobis in manibus omnes obtigerunt, nempe: editionis primæ Nannetensis anni 1627 exemplar unum reperitur in Bibliotheca publica Civitatis Nannetum; editionis secundæ exemplaria duo nobis benigne commodata sunt a viris privatis; ac tertiæ editionis exemplar unum asservatur in Bibliotheca Seminarii Majoris. Nec sane admodum rara sunt exemplaria harumce posteriorum editionum. Editio quarta recentissima in Bibliothecis sive publicis, sive privatis passim invenitur.

Dñus Barrin, in quantum nobis judicare licet, vir fuit tempore suo inter doctiores et prudentiores sacerdotes Ecclesiæ Nannetensis.

Liber quem scripsit titulum præfert: *Vie de la bienheureuse Françoise d'Amboise, Duchesse de Bretagne, fondatrice des Carmélites*. Typis cusus fuit Rhedonis anno 1704. Valde notandum quod asserit Dñus Barrin in præfatione sui operis, se auctoritatem suæ narrationis habere Manuscriptum litteris gothicis depictum, diligentissime asservatum in domo religiosa N. D. de Scotiis, ubi beata Francisca obdormivit in Domino. Lege quæ citavimus p. 31 et 32 hujus Disquisitionis. Certe Manuscriptum istud gothicis litteris depictum ad tempora non remota a morte sanctæ Ducissæ referendum est, quum litteræ gothicæ desierunt esse in usu, decurrente sæculo decimo sexto vel ineunte decimo septimo.

De Auctoribus quos duces secuti sumus, in texenda Synopsi vitæ B. Franciscæ, paulo fusius disseruimus, ut bene constaret omnes istos fideliter tradidisse ea quæ a scriptoribus cœqualibus aut fere cœqualibus relata fuerant. Nec limites veri excedere putamus, asseverantes narrationem vitæ B. Franciscæ omnino esse authenticam et fide dignissimam.

(1) Haud abs re erit adnotare instrumentum authenticum matrimonii futuri promissi inter Petrum et Franciscam adhuc in infantili ætate constitutos, a Joanne V patre ejusdem Petri, et Maria de Rieux matre beatæ Franciscæ (marito ipsius tum temporis in captivitate detento), etiamnum in Archivio Præfecturæ Nannetis asservari. Confectum fuit anno 1431, die vero 21 mensis julii.

Alterum quoque in eodem Archivio asservatur instrumentum anno 1441, die 3 mensis junii datum, quo, tempore nuptiarum jam approximante, Joannes Dux filio suo providet de quibusdam redditibus et mobilibus.

ex aula ad cœlestem mensam accedentes, amare fleret; eo quod ætas sibi prohibebat ne ejusdem doni fieret particeps. Quæ omnia considerans Yvo de Pontsal, ex ordine Fratrum Prædicatorum ac postea Episcopus Venetensis, qui tunc Joannæ Ducissæ a confessionibus erat, beatam Franciscam quinquennem ad primam communionem admisit, raro quidem exemplo, merito vero singularis innocentiae ac discretionis qua serva Dei, licet in ætate puerili constituta, nihil tamen puerile gessit (1).

Annos septem cum attigisset, solemniter desponsata est Petro filio secundo Ducis Joannis. Crescente autem ætate, crescebat sanctitas ipsius, ita ut modestia, pietate, amore laboris ac pauperum, omnibus exemplo esset necnon admirationi. Anno tandem quintodecimo ætatis suæ, prælaudato Petro nupsit, cui Pater, more hujus temporis, jure hæreditario, ducatum *Guingamp* et plures alias civitates assignavit. Ibi cum conjugē vitam quietam Francisca agebat, quum Deus, qui probat electos igne tribulationis, permisit ut sibi accideret tentatio eo amarior quod fiebat ab eo qui ipsi in lætitiā et solatium datus fuerat.

Suadente inimico naturæ humanæ, Petrus æmulatione prava obcæcatus, in suspicionem venit innocentiae et fidelitatis suæ conjugis; et quo plus omnes sanctitatem ejus laudabant, eo magis interna ira in eam fremebat, eamque etiam foris persequabatur. Familiares et pedisequas beatæ Franciscæ peculiariter necessarias expulit, ac tandem eo amentiae quodam die abreptus est, ut, sanctissimæ conjugi violentas manus inferens, eam sanguine conspersam ac semimortuam relinqueret. Quæ, vulnera et verbera humili patientia tolerans, non verba querimoniae emisit, sed memor hujus mitissimi Agni qui ad occisionem ductus est et non aperuit os suum: « Crede et persuasum habe, Domine mi, inquit sponso, » me potius morituram quam Deum teque offendere. Graviorem hac pœnam » peccata mea merentur; Deus autem nobis misericorditer dignetur indulgere. »

Gravissima ac longa infirmitate post hæc detenta, suæ nutrici sibi compatiēti responsum istud vere mirandum fecit: « Mundus hic non felicitatis, sed laboris » ac miseriæ, in quo Salvator noster Jesus-Christus tot opprobria, ærumnas ac

(1) Auctorem hic secuti sumus Albertum qui diserte narrat Franciscam quinquennem ad sacram Mensam admissam fuisse. Silent de isto facto Fr. Leo et Dñus Barrin qui tamen referunt amorem quo parvula erga Sacram Eucharistiam ardebat, necnon dolorem ejus quum videret alios sacra Communionē refectos qua ob pueriles annos privabatur. Narratio Alberti, ni fallamur, omnes veri notas præ se fert; nec mirum eum aliquid addidisse narrationibus aliorum scriptorum, qui asserit se multas memorias legisse; *les anciens manuscrits, Bulles, mémoires et enseignements du Monastère de Notre-Dames-des-Scoëtzelès-Nantes et Nazareth-lès-Vennes; et les mémoires du Couvent des Frères Prédicateurs de Nantes*. Hæc dicta sint ad accuratam rei disquisitionem et reverentiam veritati debitam.

» tormenta, mortem etiam turpissimam pro salute nostra perpessus est. Amici
» autem ejus suis poenis et passionibus communicant. Dominus meus Jesus-
» Christus amor meus, patientia mea; qui sua gratia mihi dedit vinum myrrhæ,
» cujus nomen benedictum in sæcula ! »

Deus, qui dives est in misericordia, mercedem persecutionis ac patientiæ servæ suæ tandem donavit. Pœnitentia et dolore motus, Petrus dux innocentiam beatæ Franciscæ agnovit, veniam supplex ab ea petiit, ipsaque mansuetam et amabilem in indulgendo se præbuit, sicut invicta ac longanimis fuerat in patiando (1).

Ab eo tempore sibi invicem sancte æmulati sunt ut proficerent de virtute in virtutem. Mutua pollicitatione pacti sunt ut qui alterutri superstes foret non convolaret ad secundas nuptias, sed in perpetua continentia degeret, aut religionem profiteretur. Domus ducalis magis monasterio recte ordinato quam aulæ principis similis videbatur. Quarta hora post mediam noctem, Petrus et Francisca surgebant ut officium recitarent, ac orationi mentali per integram horam vacabant. Hora sexta, sancto Missæ sacrificio devote intererant; ac plerumque, a consecratione usque ad communionem, beata Francisca tota in lacrymas effluebat, ob ardentissimam devotionem qua afficiebatur erga D. N. J.-C. propter nos in sacrosancta Eucharistia manentem; et, marito exeunte ut negotiis suis operam daret, sæpe perseverabat in oratione, omnes missas quæ in ejus Capella dicebantur audiens; vel ibat ad Ecclesiam ut Missæ cantatæ ac divino Officio assisteret. Saltem post quindecim dies confitebatur peccata sua ac sacra communione reficiebatur, tota in Deum raptâ quum ad mensam Angelorum accederet. Sobriis epulis utebatur. Otio maxime inimica, tempus insumebat manibus laborans cum pedisequis atque opera pro Ecclesia vel pauperibus conficiens. Domui et famulis invigilabat quos prudenter et mansuete corripiebat.

Pauperum erat amantissima. Nosocomia invisibat; leprosorum maxime miserabatur, quibus domus et asyla paravit. In ipsum palatium adscivit quamdam mulierculam, quæ, senio confecta, membrorum usu privabatur; in cella cubiculo suo proxima collocatam sæpe visitabat; propriis manibus cibos ei parabat atque offerebat; satagebat ut solatia pietatis eidem impertirentur a religiosis viris; et mortuam propriis manibus sepelivit. Quæ, haud semel, beatæ Franciscæ ad patientiam dulciter adhortanti, rustico et aspero modo respondebat; bona vero Ducissa nihil aliud ad hæc, nisi: « Deus ad nos misit eam ut » nobis occasionem merendi præberet atque opera misericordiæ exercendi. »

(1) De hac persecutione tam indigne illata innocenti conjugii a Petro Duce concorditer loquuntur historici.

Dum beata Francisca, simul cum conjugio hæc pietatis ac charitatis opera ageret, Franciscus dux Britannia, frater natu major Petri, diem supremum obiit. Cui morienti serva Dei astitit, fraterno amore agens ut coram divino iudice christiane dispositus appareret. Mortuo Francisco, Petrus et Francisca, ex testamento Joannis V, ad coronam ducalem vocati sunt, et solemniter coronati in Cathedrali Rhedonensi anno Domini 1450; quo occurrebat jubilæum universale, a Felicis Recordationis Papa, Nicolao V concessum, quod uterque devote lucratus est magna cum omnium ædificatione.

Tunc virtutes beatæ Franciscæ novum dederunt splendorem, quum in throno ducali, tanquam lucerna super candelabrum, posita est ut omnibus luceret. Unanimi consensu narrant historici Deum opera ejus usum fuisse ut omnia ad normam legis Christianæ in Britannia reformarentur. Fatendum est enim Petrum Ducem, corde bono et optimo præditum, non viguisse ingenio eumque fuisse quem cognomento *Simplicem* appellârunt, ob bonitatem nimis facilem quæ non satis scit versutorum et perditorum hominum astutias perspicere atque ab eorum machinationibus cavere. Quæ bonitas in viro privato forsitan laudanda non sufficit principi qui sapientia et fortitudine æque ac bonitâte imperium debet continere. Juxta autem oraculum divinum: *pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis* (Eccl. XXVI, 3). Deus igitur Petro dederat hanc bonam partem, sapientissimam Franciscam, cujus consiliis nihil non agebat; et Deo disponente omnia secundum cor rectum ancillæ suæ, regnum quietum ac prosperum Petro concessum est.

Beata Francisca omnes voluptates mundanas ac tumultuosa gaudia ab aula amovit; et ita sapienter tempus ordinavit ut medium diem et amplius in opera charitatis atque orationem insumeret. Corpus suum ciliciis operiebat, jejuniis domabat, ac flagellis affligebat. Charitas in pauperes magis ac magis effusa quos fere quotidie visitabat, ac potissimum verecundos et miseria erubescences maternis solationibus recreabat. A luxu vestium abhorrens, quadam die, post auditam fervidam de hoc argumento prædicationem, a Duce licentiam petiit atque obtinuit ut deinceps veste modestissima uteretur. Quo exemplo sanctæ Ducissæ reformatio in totam provinciam brevi inducta est. Omnino curavit ut viri docti et pii ad Episcopatus, Abbatias Parochiasque promoverentur; et Clerus sive sæcularis, sive regularis reformaretur.

Inter omnia pietatis opera quibus curam impendit, hoc jam non ultimo ponderandum, quod præcipuam partem habuit in promovenda canonizatione sancti Vincentii Ferrerii. Etenim eum valde reverebatur utpote quæ audierat Joannam Ducissam sanctitatem, virtutes ejus et miracula prædicantem. Tam felici studio nisa est, ut, post Capitulum generale Ordinis Dominicani habitum Nannetis, anno Domini 1453, instante illustrissimo hoc Ordine, necnon

Duce et populo Britanniae, Calixtus III solemniter beatum Vincentium, anno 1455, in album sanctorum retulerit; atque anno sequenti in Britanniam miserit legatum a letere, Cardinalem Avenionensem, Alanum *de Coativi* gente Britonem, qui sacrum corpus e terra levavit; ac beatæ Franciscæ dono dedit digitum unum, biretum et cingulum sancti Vincentii, quum jam accepisset a Joanna Ducissa moribunda coronam quam sanctus prædicator habuerat (1).

Post septem annos, Dux Petrus, diuturna tentatus ægritudine, animam Deo reddidit, Nannetis, in Castello. Cui ægrotanti mira dilectione ancilla Dei inserivit, eum ad sancte moriendum præparans, ad sepulchrum pie ac fortiter deducens, et Deo post mortem conjugis se totam offerens ut unice deinceps ei viveret. Hoc vero præclarum sanctimoniae testimonium a conjugate moriente accepit, qui coram optimatibus sui regni professus est se virginem relinquere quem virginem acceperat (2).

Scriptum est *quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis* (Eccl. II, 5). Ita egit Deus et Dominus Noster erga ancillam suam quam perfecit in statu viduitatis tribulationibus multiplicis generis, usquedum eam perduceret ad portum Religionis. Nam, statim post mortem Petri Ducis, *Arthur de Richemond* ejus avunculus qui ei successerat in Ducatu, immemor dilectionis qua beatam Franciscam acceptam maxime habuerat ab infantia, eam dure tractans, gemmis et rebus pretiosis illi ablatis, fere omnibus redditibus privavit. Francisca vero, sibi gaudium æstimans improprium Christi, suis pedisequis murmurantibus dicebat: « Cur tam facile » turbamini? Deus hæc nobis commodaverat, Deus repetit. An murmurabimus » adversus ejus bonitatem? Non equidem, filiae, fiat voluntas ejus sanctissima, » et benedictum nomen ejus in sæcula! (3) »

Sex et decem mensibus vix elapsis, mortuus est Arthur, et serva Dei, quæ, exemplo D. N. J.-C., quum malediceretur non maledicebat, omnibus officiis

(1) De parte quam Beata Francisca habuit in promovenda canonizatione S. Vincentii Ferrerii, lege auctores nostros, præcipue Albertum rerum sui Ordinis bene conscium et Dnum Barrin qui varias facti circumstantias fusius commemorat.

(2) Hoc singulare castitatis in statu conjugali meritum unanimiter sanctæ Ducissæ asserunt Historici nostri. Apertissima sunt verba Ducis Petri de castitate sponsæ suæ testantis, quæ referunt Albertus, n° XIII, et Fr. Leo, cap. IV et X.

(3) Apud Albertum, n° XIV. In referendis verbis ipsis sanctæ Ducissæ, Alberto potius adhæsimus. Cum eo equidem Fr. Leo et Dnus Barrin consentiunt. Non autem existimamus a vero abesse, quum sentimus verba ab Alberto citata genuinam redolere simplicitatem quæ omnem suspicionem falsi vel additi excludat; dum e contra Dnus Barrin nimis forsitan indulget amplificationi historicæ quæ sensum tenens verba fucat et multiplicat.

charitatis ægrotantem amplexa est, honorificeque sepeliendum curavit. Successit in regno Franciscus, nomine secundus, cognatus beatæ Franciscæ, qui sanctitatem ejus veneratus, ablata ei restituit. Pia vero mulier, semper reddens bonum pro malo, a novo Duce obtinuit ut venia daretur viro qui præcipue avunculum suum defunctum ad se persequendam incitaverat.

Non longo tempore pacem habuit ancilla Dei; ac tribulatio ei obvenit ab ipso Patre et suis propinquis, diabolo sane prævidente quot et quantos fructus faceret in vita religiosa, ad quam totis votis anhelabat, et omni ope nitente ut piis ejus desideriis obsisteret.

Ludovicus XI, Rex Galliae nupserat Carolæ principissæ Sabaudiae. Frater vero Reginae Dux Sabaudiae, nondum uxorem duxerat. Dominus Ambosius, pater beatæ Franciscæ, variis ductus rationibus quæ virum terrenæ magnitudini addictum movere solent, existimavit se quid magni acturum fuisse, si Duci Sabaudiae filiam suam, quæ vix trigesimo ætatis suæ anno priori marito orbata fuerat, matrimonio collocaret. Placuit Reginae Galliarum hujusmodi consilium, placuit Regi Ludovico XI, utpote politicæ ejus favere aptissimum. Haud difficile est intelligere quantis suggestionibus, quantis impugnationibus conati sunt remove animam servæ Dei a sancto proposito continentiae, quod toto corde propter amorem Jesu Christi amplexa fuerat. Avunculus et Pater ejus nunc blanditiis animam demulcere, nunc minationibus terrere, nunc Ludovicus XI ipse in Britanniam veniens auctoritate sua commovere, vel insidiosè in aulam Gallicam attrahere. Has inter persecutionis inimici sive blandientis, sive minantis, Beata Francisca immobilis in proposito permansit, quam heroica fides vere docuerat omnia terrena contemnere, et unico sponso Jesu Christo adhærere. Quod propositum, ut divina consecratione firmaretur, quadam die, quum missam audiret in Capella sui palatii, ante sumptionem Sacri Corporis Christi, coram matre et omni familia, voto palam et alta voce emisso sese obstrinxit Deo et B. M. V. de Monte Carmelo, ut in perpetua continentia viveret (1). Quam vero accepta fuerit Domino constantia ancillæ suæ etiam miraculo comprobatum est. Etenim quum jam defecissent omnia consilia illorum qui castitatem ejus labefactare eamque ad vitam mundanam revocare tanto ardore concupierant, ad id ultimo venerunt ut eam vi raperent e civitate Nannetis, ubi tunc versabatur, eamque in Gallias transferrent. Itaque, mandante aut approbante Ludovico XI, plures cognati beatæ Franciscæ milites collegerunt, et, naviculis multis paratis, eam clam noctu subducere ac fluvio Ligèri in Gallias portare statuerant. Jam

(1) Hoc votum commemorant Albertus n° XIX, Fr. Leo, cap. XIV, et Dnus Barrin, lib. III, p. 171.

omnia parata ut nocte sequenti consilium exsequerentur. Franciscus Dux Britanniae praesidium circa domum sanctae Ducissae disposuerat ad vim vi repellendam. Beata vero Francisca, Deo fidens magis quam hominibus, orationi instabat; et ecce media nocte (sic tradunt omnes historici qui vitam ejus scripserunt), quum mensis junius decurreret, tempore quo calores aestatis magis fervent, subito flumen glacie constrictum est, ac prodigio attoniti fugerunt inimici illius. Sic Deus glorificatus est in sanctis suis, et, pace tandem concessa, beata Francisca vitae religiosae magis se accinxit. (1)

Jam enim a morte sui mariti, totis cordis desideriis anhelabat ad statum perfectionis. Ingredi proposuerat monasterium S. Clarae quod ipsa fundaverat in Civitate Nanetensi; sed, longa vexata aegritudine, propositum distulit. Iterum cogitaverat idem monasterium intrare, et etiam anno 1458 vel 1459 intraverat, quum, aliquam post probationem, iterum graviter aegrotans, exire coacta fuit. Quod patienter tulit, dicens: « Forsan Deus meus, qui sua providentia omnia » regit, me custodit alicui aliae religioni. » (2)

Deus autem qui enutrit jactantes curam in se, nec dat in aeternum fluctuationem justis, multum non distulit quin ei voluntatem suam manifestam faceret. Beatus Joannes Soreth, Generalis Ordinis Carmelitani, quum domos sui Ordinis visitaret, Nannetas venit, beatam Franciscam invisit, ejusque admirans sanctitatem, fratribus suis loquens: « Non equidem venimus, inquit, ad dominam » et principissam hujus saeculi, sed ad piam et bonam abbatissam, et cum » regina Saba dicam: non credebam narrantibus mihi donec ipse veni, et vidi » oculis meis, et probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit. » (3)

Beato Soreth adjuvante, statuit igitur vocare moniales Carmelitanas quae tunc in Belgio Leodii degebant, ac, Duce Francisco secundo mandante, eisdem aedificavit monasterium Venetiis in loco dicto *Boni-Doni* vel *Trium Mariarum*; quod

(1) Miraculum istud legitur apud Albertum, Fr. Leonem et D^{nu}m Barrin. Primus dicit rem contigisse anno 1462; consentit Fr. Leoni in assignando mense Junio. D^{nu}s Barrin mensem Julium dicit. Quantumvis factum hujusmodi cursum naturae consuetum transgrediatur, omnino admittendum videtur. Narratur a tribus historicis, qui, ut supra docuimus, scriptoribus coequalibus vel fere coequalibus usi sunt in texenda narratione. Duo scilicet Albertus et Barrin scribebant, in ipso loco ubi miraculum palam omnibus narrabatur contigisse. Postremus ille auctor, in dignitate ecclesiastica constitutus, nec credulitatis lapillo notandus, ut legenti patet, non potuit, nisi evidentissimis rationibus motus, rem vere portentosam suffragio suo comprobare.

(2) Apud Albertum, n° XV. Concordat Fr. Leo, c. XII.

(3) Apud Albertum, n° XVI. Concordat Fr. Leo, ibid.

canonice erectum est a Pio Papa II constitutione: *Inter innumerabilia pietatis officia*, data Senis, XIV Kalendas martii, anno Incarnationis Domini 1459 (1).

Dum autem omnia ad novi monasterii institutionem pararentur, beata Francisca operibus pietatis ac paenitentiae, studio majori, in dies insistebat. Tribus diebus, hebomadibus singulis, jejunabat; cilicium valde asperum carne gerebat; disciplinis sanguineis bis in die sese affligebat, ita ut pedisequa sibi magis necessaria vulnera ejus identidem vino lavaret ne putrescerent. Pauperum miseriis maxima compassione opitulabatur; et prope Nannetas domum leprosis aedificavit.

His et aliis exercitationibus sancta Ducissa ad vitam religiosam se instruebat. Tandem anno 1463, advenerunt Leodio moniales Carmelitanae quas amanter excepit atque in monasterium Trium Mariarum induxit. Quae, quum vidissent beatam Franciscam sibi humillime famulantem atque omni virtutum genere excellentem, invicem colloquebantur: « Non erat opus nos adscire a regione » longinqua; vocatae sumus ad docendam Ducissam vitam religiosam; verum » tam docta et perita perfectionis existit ut ipsa nos magis quam nos ipsam » doceamus » (2). Licet nihil ardentius quam saeculo egredi et religionem intrare serva Dei concupisceret, coacta est tamen per quatuor annos in mundo vivere ut res gravissimas familiae componeret, ac securitati novi conventus provideret. Denique omnibus recte ac sapienter dispositis, anno Domini 1467, aetatis suae quadragesimo, die 25 martii, in festo Annuntiationis B. M. V., coram Episcopo Venetensi, optimatibus Britanniae et immenso populo, habitum Carmelitanum e manibus B. Joannis Soreth accepit. Summa erat animi laetitia beatae Franciscae: « Nolite vocare me Ducissam, aiebat monialibus quae volebant ob honorem » secundum locum post Priorissam illi dare, nolite vocare me Ducissam, neque » Dominam neque Fundatricem. Omnia ista nomina huc veniens abdicavi nec » deinceps audiam. Vocabor, pace vestra, soror Francisca, ancilla D. N. » J.-C. (3) » Suam voluntatem omnino resignavit in manus superiorum, humillimis domus servitiis mancipata, et summo gaudio aestimans quum defectus sui corrigerentur.

Enixe rogavit ut admitteretur ad inserviendum aegrotis in valetudinario; et charitas ejus maxime eluxit, sive quum genibus provoluta coram Priorissa ulcus quo pede laborabat medicaretur; sive quum, morbo contagioso in monas-

(1) Juxta modum annos computandi consuetum, die 16 februarii, 1460.

(2) Apud Albertum, n° XXVI, et Fr. Leonem, cap. XX. Concordat D^{nu}s Barrin, lib. III, p. 233 et seq.

(3) Apud Albertum, n° XXIX, et Fr. Leonem, cap. XXII. Consentit D^{nu}s Barrin, lib. III, p. 259.

terium grassante, fere sola omnium necessitatibus subveniret. Anno probationis rite exacto, humiliter petiit ut inter sorores conversas cooptaretur, reputans se indignam quæ inter moniales in choro laudes Dei decantaret. Sed in hoc ultimo puncto humilitatis ejus desiderio non potuerunt obsecundare; et, die 25 martii recurrente, tria vota solemniter Religionis emisit inter manus B. Joannis Soreth, qui eam veste Carmelitana anno præcedente induerat.

Quæ jam a tirocinio perfectæ Religiosæ exemplar fuerat, post vota emissa, de virtute in virtutem ascendit, cum benedictione Domini. Non est per singula retexere omnes monasticas observantias quas absolutissime implevit, pietate fervida in Deum, dilectione sancta sororum, sui ipsius perfecto contemptu, zelo paupertatis atque austeræ mortificationis, singularitatem diligenter fugiens ut in omnibus communitati conformis fieret.

Septimo post professionem anno, Beata Francisca, unanimi sororum consensu, in Priorissam canonice electa est; et licet invita, jussu B. Joannis Soreth, totius Ordinis moderatore, hoc munus accipere cogitur, Deo disponente ut, quæ in gradu inferiori perfectam hactenus sese exhibuerat, exemplar superiorum in reliquo vitæ cursu se præberet. Intellexit non jam sufficere ut sibi soli viveret, sed omnibus sororibus quarum cura ipsi demandata fuerat deinceps debitricem se factum iri. Sedulo igitur gregi invigilare cœpit, utque Regula melius servaretur, prima omnium agebat quæ aliis præcipiebat. Narrant eam cura exactissima fecisse ut clausura custodiretur. Itaque quum Ducissa Britanniae Margarita Fuxensis (*de Foix*), altera uxor Francisci secundi, et frater ejus Cardinalis Fuxensis Nannetis Venetias venerunt ut eam inviserent, eos allocuta est in loco communi ad id destinato extra clausuram; et quando Pater Generalis visitationem conventus agebat, eum solum cum Patre Vicario domus sinebat ingredi. Nihilominus, ob reverentiam S. Sedis Apostolicæ, Cardinalem Andegavensem, legatum Britanniae, cum duobus sociis atque Episcopo Venetensi intra clausuram accepit.

Filias suas Beata Francisca piis hortationibus et suavissimis præceptis docebat, solabatur atque ad perfectionem animabat. Pauca nobis tradita sunt a scriptoribus vitæ, sed quæ vere exprimunt animam sibi perfecte mortuam, Deo et proximo unice viventem. Verbum erat quod frequentius usurpabat, quasi initium et conclusionem suorum sermonum: Eia, agite, ut Deus super omnia diligatur. *Faites sur toutes choses que Dieu soit le mieux aimé* (1).

Dum in suo monasterio Trium Mariarum nihil aliud cogitaret nisi ut singulis diebus magis ac magis sanctificaretur, divina Providentia eam Nannetas vocavit. Dux Franciscus, Nannetis commorans, vehementer optabat ut

(1) Apud Albertum, n° XXXIV, et alios passim.

serva Dei in locum proximiorum adsciretur. Rogavit igitur Sixtum IV, summum Pontificem, ut Prioratum Nostræ Dominæ de Scotiis ad ripam Ligeris, tribus millibus a civitate distantem, a Monialibus Benedictinis ad Ordinem Carmelitanum transferret; mandaretque beatæ Franciscæ ut dictum Prioratum teneret ibique cum suis sororibus habitaret. Itaque, ex mandato apostolico, anno Domini 1477, venit ancilla Dei ad conventum de Scotiis, quem, per octo annos, usque ad felicem ipsius transitum incoluit (1). Inter pia opera quæ in his ultimis annis vitæ suæ perfecit, illud sanè non omittendum quod strenue adjuvit P. Alanum in propaganda devotione SS. Rosarii; ad summum Pontificem Sixtum IV epistolam direxit ut confraternitatem hujus tituli approbaret; quod idem summus Pontifex benigne annuit, necnon indulgentias Rosarium recitantibus concessit, Bulla data Romæ, die nona maii, anno 1479.

Instante vero tempore resolutionis suæ, anno 1485, sabbato, die 28 octobris, vivo dolore correpta est. Die sequenti confessa peccata sua, missæ interfuit, sacram communionem accepit, et, audita prædicatione, in valetudinarium secessit. Ingravescente morbo et crescente ipsius desiderio eundi ad sponsum cœlestem, feria tertia infra octavam omnium Sanctorum, Beata Francisca iterum sacramentalem confessionem egit et Viatico corporis Domini refecta est. Postea coram omnibus sororibus culpas suas Patri Vicario conventus et Priorissæ, multis cum lacrymis, aperuit, humiliter rogans ut sibi venia daretur, et postquam filias suas circa lectulum plorantes vidit, eas ad perfectionem adhortata est, solito verbo sermonem incipiens ac concludens: « Eia, agite ut Deus super omnia diligatur »; et, jubente Patre Vicario, illis manu extensa benedixit.

His dictis et factis, poposcit et summa devotione Sacramentum Extremæ Onctionis accepit. Feria sexta mane petivit ut coram se legeretur Prosa *Stabat mater*; eaque finita, ait: « Quam pulchra est! » Quumque ei lecta fuerit Passio D. N. J.-C., ad hæc verba: *In manus tuas Domine, commendo spiritum meum*,

(1) In Archivio Præfecturæ Nannetis etiamnum asservantur exemplaria authentica plurium Constitutionum Pontificiarum quæ spectant ad Monasterium de Bono-Dono et de Scotiis. Quatuor sunt, nempe: 1° Bulla Pauli II: *Ad summi Apostolatus apicem*, data XIV Kal. nov. anno 1464, qua plura statuuntur circa Monasterium de Bono-Dono; 2° Bulla Sixti IV: *Digna exauditione vota*, data Idib. decemb. anno 1479, decernens unionem Monasterii de Bono-Dono cum Conventu N. D. de Scotiis (existit solummodo transumptum hujus Constitutionis manu notarii publici factum); 3° Bulla altera Sixti IV: *Cunctarum personarum*, data XVI Kal. aug. anno 1477, qua, iudicibus delegatis, summus Pontifex silentium imponit monialibus Benedictinis conventus de Scotiis, ac confirmat translationem hujus domus factam B. Franciscæ Ambrosiæ; 4° Bulla ejusdem Sixti IV: *Apostolica sedis indefessa sollicitudo*, data XII Kal. octob. anno 1483, qua monasterium de Scotiis eximitur a jurisdictione Provincialium atque immediate subijcitur Generali Ordinis.

oculos convertit in sorores, simulque locuta est: « Si velitis ut vos filias » agnoscam, virgines sapientes ac prudentes estote; state et perseverate in vocatione vestra. Eia, agite ut Deus super omnia diligatur. » Ultima ejus verba fuerunt et per totum diem corde orare perseveravit, donec, circa horam nonam, oculis in cœlum elevatis et junctis manibus, exclamavit: « Avete dilectissimæ » Dominæ; » et quum quærerent ab ea quidnam esset: « Istæ sunt, inquit, » Dominæ meæ quas semper colui et reverita sum. O! quam longum tempus » est ex quo desideravi esse cum illis. Locum, quæso, locum date ut digne » recipiantur. » Ac paulo post beatam suam animam Deo reddidit, eadem hora qua D. N. J.-C. in Cruce pro salute nostra exspiravit. Pie creditum est Dominas istas quas in transitu suo præsentem se videre testata est, fuisse S. Ursulam et Socias ejus quas singulari pietate tota sua vita dilexit (1).

Sepulta est in ingressu Capituli, sicut voluerat, ut sorores ingredientem et egredientem pedibus corpus ipsius calcarent. Sed Deus qui humiles respicit decrevit ancillam suam gloriosam in terris facere, quam in Cœlis coronaverat. Quod nunc aggrediemur demonstrare, fideliter exponendo monumenta cultus publici Beatæ Franciscæ Ambosiæ a tempore immemorabili exhibiti. (2)

(1) In narratione extremi morbi ac pretiosæ mortis B. Franciscæ auctorem potissimum secuti sumus Albertum, N^{is} XXXVI et XXXVII, cui alias concordant Fr. Leo et D^{ns} Barrin. Albertus vero stylo simpliciori et narratione veteribus memoriis sane conformiori uti nobis visus est.

(2) Brevem seriè chronologicam vitæ B. Franciscæ hic subicere operæ pretium erit. Anno 1427. Nascitur, forsitan die 28 septembris. Huic diei vita assignatur ab Alberto, nec alia ratio videtur afferenda, nisi quia dies ejus fuit natalis (ex Alberto, Fr. Leone).

Anno 1433. Ad primam Communionem accedit (ex Alberto).

Anno 1442. Petro Duci nubit (ex Alberto, Fr. Leone et D^{no} Barrin, qui docent annos quindecim natam matrimonio collocatam fuisse).

Anno 1450. Ducissa Britanniae cum Petro conjuge Rhedonis coronatur, et regnum assequitur (ex Alberto, Fr. Leone et Historicis Britanniae).

Anno 1457, die 22 septembris. Petrus Dux moritur, et viduam derelinquit B. Franciscam (ex Alberto, Fr. Leone et D^{no} Barrin).

Anno 1467, die 25 martii. B. Francisca habitum B. M. V. de monte Carmelo suscipit, Venetiis (ex Alberto, Fr. Leone).

Anno 1468, eodem die 25 martii. Solemniter profitetur Religionem Carmelitissarum, in Monasterio Trium Mariarum vel Boni-Doni, ad Venetias (ex Alberto, Fr. Leone).

Ut omnia diligenter prosequamur, adnotandum est epitaphium quod inscriptum fuit in sepulcro Beatæ Franciscæ non omnino consentire Historicis nostris in assignando anno quo famula Dei habitum religiosum induit, et vota professæ est. Legitur enim in hoc epitaphio, *illum habitum suscepisse, die Incarnationis Domini Nostri, anno 1488, et professionem emisisse, dicta die, anno revoluta*. Ex quo colligendum foret B. Franciscam

II.

DE CULTU PUBLICO

BEATÆ FRANCISCÆ AMBOSIÆ

A TEMPORE IMMÉMORABILI EXHIBITO.

Septimo vix anno post mortem, Beata Francisca cœpit cultu publico honorari, qui usque ad nos perseveravit. Monumenta singulâ ordine annorum percurramus, ut series totius hujus gravissimi negotii facilius ac perspectius innotescat.

§ I. — DE ELEVATIONE SEPULCRI B. FRANCISCÆ.

ANNO 1492.

Norunt omnes, inter præcipua testimonia cultus alicui sancto exhibiti, merito annumerari elevationem sepulcri, ut sanctus iste honoretur (1). Porro elevatio sepulcri B. Franciscæ facta est anno 1492.

Religionem intravisse uno anno serius ac scriptores allegati dixerunt. De epitaphii scriptura dubium moveri nequit, siquidem annus supra memoratus, utpote de verbo ad verbum translatus, legitur sive in Inventario authentico diei 21 aprilis anni 1544, quod in Archivio Præfecturæ custoditur, sive in instrumento recognitionis sepulcri ac corporis factæ a DD. *de la Muzanchère* Episcopo Nannetensi, die 31 martii, anno 1772, quod exstat in Archivio Episcopali. Quidquid sit de hac levi discrepantia, crederemus potius standum esse testimonio scriptorum qui utrumque annum diserte et locis distinctis indicant. Error, ni fallamur, facilius irrepere potuit in sculpendo epitaphio, quum unus annus solum expresse ibi memoretur; et si facilius irrepsit, difficilius tamen corrigendus.

Anno 1475. B. Francisca in Priorissam eligitur (ex Alberto).

Anno 1477. Nannetas, de mandato Pontificio, venit, et, die 24 decembris, in possessionem monasterii Nostræ Dominæ de Scotiis inducitur, et in munere Priorissæ jussu superiorum confirmatur (ex Alberto. Fr. Leo assignat diem 21 decembris, anno 1476; instrumentum vero in Archivio Præfecturæ asservatum demunstrat hac diē 21 vel potius 20 dec. 1476, B. Franciscam mississe tantummodo procuratorem ut nomine suo possessionem caperet, cui moniales Benedictinæ de Scotiis sese opposuerunt).

Anno 1485, die 4 novembris. B. Francisca obdormit in Domino, annos nata quinquaginta et octo (ex Alberto, Fr. Leone, quibus adstipulatur epitaphium in sepulcro sculptum, atque in instrumento recognitionis sacri corporis a RR. DD. *de la Muzanchère* factæ in extenso relatum.

(1) Benedictus XIV. De Servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione. Lib. II, C. XXIII, n° I. Ed. Palearini, Romæ MDCCXLVII.

Narrationem facti e duobus historicis sanctæ Ducissæ excerptimus.

P. Albertus de Morlaix in vita B. Franciscæ, n° XXXIX sic habet : (Sum. n° I.) (1).

« Le corps de la B. H. Françoise, enfermé dans une châsse de plomb, avait » esté desjà sept ans sous terre à l'entrée du Chapitre, lors que l'an 1492, » la terre de son sépulcre s'esleva petit à petit, si haut qu'elle boucha presque » tout à fait l'entrée du Chapitre. Ce qui obligea le Père Vicaire et la Prieure » et Religieuses de la maison d'ouvrir le tombeau, et lever le corps qui devint » si léger, comme si le plomb eût esté de bois. La châsse ouverte, le corps fut » trouvé tout entier sans corruption aucune, aussi frais que le jour qu'il fut » enterré. Au bruit de cette merveille, toute la ville de Nantes descendit au » Scoëtz, et contempla à l'aise le S. corps, lequel estant dans le chœur des » Religieuses pouvait estre vu par la grille de l'Eglise. Cette merveille fut » suivie de deux autres non moins grandes. Car une Religieuse qui avait esté » familière et estait dévote à la B. H. Mère, désirant avoir quelque relique » d'elle, s'estant trouvée seule près du corps, lui coupa le petit orteil d'un » pied, lequel commença à saigner abondamment. La pauvre fille espouvantée » de cette merveille demanda pardon à Dieu et à la B. H. et rejoignit l'orteil » au pied, lequel reprit aussi ferme qu'auparavant. Alors elle appela tout le » couvent, déclara le miracle, et, pour preuve de son dire, monstra le sang » et l'orteil rejoint. Ces merveilles furent cause que les Religieuses pensèrent » estre privées de ce précieux joyau, tout le monde désirant qu'il fut exposé à » la vénération du peuple, dans un tombeau honorable, hors l'enclos des » Sœurs; mais elles firent tant qu'il leur fut laissé; et l'ensevelirent en leur » Chapitre, *au lieu où il est à présent*, tellement chéri de ses filles qu'elles » n'ont voulu faire esclatter les merveilles qui se sont faictes à son sépulcre, » crainte qu'on ne le leur ôte. ».....

Hæc scribebat P. Albertus anno 1637, vel etiam anno 1634, quum licentia imprimendi ei concessa fuerit a Fr. Juliano Joubert, Vicario generali Congregationis Gallicanæ Fr. Predicatorum, in visitatione conventus Nannetensis, die 12 julii, dicto anno 1634, ut patet ex eadem licentia libro affixa.

Testem alterum vocamus ejusdem facti, nempe Fratrem Leonem Rhedo-

(1) Totam narrationem transcripsimus ex prima editione Alberti, anno 1637, cujus exemplar in Bibliotheca Civitatis Nannetis asservatur; et veterem orthographiam ad majorem transumpti diligentiam servavimus. Quod pariter alias a nobis factum, et satis sit semel dixisse.

nensem, Ordinis Carmelitarum. In vita Beatæ scripta anno 1634, sic loquitur. (Sum. n° I.) (1).

« Elle (la B. Françoise) fut donc, nonobstant ses prières, enterrée dans le Chapitre, en une châsse de plomb, sous une tombe honoraire. Sept ans après qui fut » l'an mille quatre cent nonante deux, la terre ayant crevassé en cet endroit, » on voulut lever le cercueil qui devint léger comme un roseau. Le corps fut » trouvé si entier, qu'une religieuse coupant de ses reliques au doigt du pied, » le sang vermeil en découla. Ce qui fut cause qu'on transporta le saint corps » dans le chœur des Religieuses, vis à vis du grand autel, où il est vénéré des » personnes qui y viennent en dévotion. »

ANNO 1568.

Evenit hoc anno factum celebre in historia Monasterii Nostræ Dominæ de Scotiis, quo omnino demonstratur cultus Beatæ Franciscæ exhibitus post elevationem ipsius sepulcri. Audiamus iterum P. Albertum gesta narrantem, n° XLII. (Sum. ibid.) (2).

« Pendant que le royaume de France regorgeait du sang des Catholiques » cruellement épanché par les Huguenots, du temps du Roy Charles IX, l'an » 1568, au mois de novembre, un capitaine d'une compagnie de ce parti, avec » quelques autres de bas Poitou, Bretagne et la Marche commune, délibèrent d'aller mettre le feu au Monastère de Scoëtz, et en emporter le butin. » Le père Maître Yves Langlois, Vicaire dudit Couvent, en ayant eu plusieurs » avis, s'en alla à Nantes trouver l'Evesque et la Justice, qui lui permirent de se » réfugier à la Fosse de Nantes avec les Religieuses et ce qu'il voudrait em- » porter; mais avant que de sortir, on print résolution d'oster le corps de » la B. H. Mère *du sépulchre enlevé*, et l'enfouir en terre, crainte que les » mains sacrilèges de ces impies ne l'espagnassent non plus qu'elles » avaient fait des ossements de tant d'autres saints. Les ouvriers et artisans » appelés pour lever le corps, ayant osté la pierre tombale, étaient bien » en peine comment le tirer de là; mais ayant passé leurs câbles et cordages par-dessous la châsse de plomb, ils la levèrent avec telle facilité, » qu'ils assurèrent tous qu'il y avait du miracle. La châsse ouverte, on » trouva le corps tout entier, sans aucune corruption et les habits aussi; » il fut tout le jour et la nuit suivante dans le chœur, toutes les Sœurs

(1) Ch. XXIX. *L'honneur de sa sépulture et les merveilles de son intercession.*

(2) Apud Albertum ut supra.

» veillantes auprès et priant Dieu par l'intercession de leur sainte Mère, de
» les garantir des menaces de leurs ennemis. Entre onze heures et minuit,
» on entendit trois grands coups, dont les Religieuses se eurent grand peur,
» craignant que ce fussent les ennemis. Le matin on porta le corps en pro-
» cession par l'Eglise et les cloëstres, puis il fut mis en terre, et peu après
» les Religieuses ayant esté adverties de se retirer, se rendirent en une maison
» à la Fosse, après les Roys; l'an 1569, d'où elles ne sortirent qu'après la
» Toussaints; et étant de retour en leur Monastère, quelques Gentils-hommes
» huguenots qui étaient de la dite compagnie vinrent voir quelques Religieuses,
» leurs parentes et alliées, et leur récitèrent qu'une nuit, au mois de novembre,
» l'an 68, par un beau clair de lune, ils s'étaient présentés devant leur
» Monastère, en dessein d'y mettre le feu et les saccager toutes; et sur les
» onze à minuit, comme ils approchèrent les murailles, pour les devoir
» escalader, il survint une telle obscurité qu'ils ne se pouvaient voir les uns les
» autres; et parmy ces ténèbres ils se sentirent invisiblement repoussés si
» rudement, qu'ils s'escartèrent et s'égarèrent si bien, que s'étant trouvés au
» bourg de Vertou, deux grandes lieues de là, ils allèrent mettre le feu dans le
» Monastère de Vertou, pensans que ce fut celui de Scoëtz; et fut trouvé que
» ceste compagnie attaquait le Monastère, lorsqu'on avait entendu trois grands
» coups dans le chœur, près de la chässe. »

Breviter idem factum memorat P. Leo Rhedonensis, his verbis. (Sum. ibid.) (1).

« Durant la guerré des hérétiques, une compagnie de soldats voulant mettre le
» feu au Monastère, on reporta le cercueil dans le Chapitre, et ces ennemis de
» Dieu et de ses Saints furent empeschés miraculeusement de perpétrer le crime
» qu'ils avaient attenté. »

ANNO 1592.

Terminato bello civili, sacrum corpus denuo fuit elevatum, sicut testantur duo
auctores prælaudati, nempe Albertus de Morlaix, n° XLIII et P. Leo Rhedonensis.
(Sum. ibid.) (2).

Prior sic habet :

« Son corps (*id est corpus B. Franciscæ*) fut laissé en terre pendant les
» troubles et guerres civiles jusqu'à l'an 1592, que le P. M. Jean Richoust,
» Vicaire de la maison, assisté de toutes les Religieuses l'en fit tirer avec autant

(1) Ch. XXIX, ut supra.

(2) Locis citatis.

» de facilité que jamais, et les malades qui se présentèrent pour le vénérer et
» toucher furent guéris, puis fut mis là où il est à présent. »

Posterior vero narrat :

« Enfin le dix neuvième novembre de l'an mille cinq cent quatre vingt douze,
» le Père Vicaire général avec toutes les Religieuses le transférèrent de rechef,
» au lieu où il est à présent, proche la grille du chœur, Dieu n'opérant pas
» moins de merveilles pour tesmoigner sa sainteté après sa mort, qu'il l'avait
» fait esclatter durant sa vie en toutes sortes de vertus. »

Ut plenius innotesceret factum elevationis sepulcri B. Franciscæ Ambosiæ, per
ordinem exposuimus ea quæ gesta sunt annis 1492, 1568 et 1592; id est, per
sæculum integrum, incipiens anno quadragesimo secundo ante centenariam Urbani
VIII, ut aiunt, ac finiens decurrente et vix mediante eadem centenaria.

Duo testes afferuntur præditi omnibus dotibus requisitis ad testificandam rei
veritatem. Uterque enim pertinet ad religiosam familiam : P. Albertus Legrand
ad illustrissimum et doctissimum Ordinem S. Dominici; P. Leo Rhedonensis ad
antiquissimum Ordinem Carmelitanum cui B. Francisca nomen dederat.

Uterque affirmat narrationem suam ex monumentis authenticis excerptisse.

« Ceste vie a esté par nous recueillie, ait P. Albertus, de ce qu'en ont escrit
» les PP. Christophle Le Roy, Docteur en Théologie, en son livre des *Sainctes*
» *ardeurs de la B.-H. Françoise d'Amboise*, au préface; le P. Léon de Rennes,
» et avant eux le P. Jean de Montoy, tous religieux de l'ordre des Carmes. Alain
» Bouchard en ses *Annales de Bretagne*, livre IV; Guillaume Gruel le jeune,
» chroniqueur des Ducs François I, Pierre II, Arthus III et François II, ès
» chapitres 57, 59 du livre I; 42, 45, 6, 7 et 8 du livre III; 1, 10, 16, 17, 18
» et 21 du livre IV. Argentré en son *Histoire de Bretagne*, livre XI, XII et XIII,
» en plusieurs endroits. *Les anciens manuscrits, Bulles, mémoires et enseigne-*
» *ments des Monastères de Nostre Dame de Scoëtz lès Nantes, et Nazareth lès*
» *Vennes, et les mémoires du Couvent des Frères Prédicateurs de Nantes* (1).

» Je prie mes lecteurs, vicissim ait P. Leo, de remarquer que tout ce que je
» donne icy au public, n'a rien de moi que la forme, l'ordre et l'ajencement,
» l'estoffe et la matière en toutes ses circonstances étant recueillie des histoires
» de France et de Bretagne, des titres des deux illustres maisons de la Trimouille
» et d'Amboise, des Archives de nos Couvents de Bretagne, d'un abrégé qu'en
» crayonna le P. Christoffle Le Roy, Docteur de Sorbonne, imprimé à Paris, en

(1) Ad calcem vitæ B. Franciscæ.

» l'an mille six cens vingt et un, d'un discours escrit à la main desjà approchant
 » de nostre siècle, à la fin duquel se voyent les exhortations de la vénérable
 » Mère; enfin et principalement d'un vieil manuscrit, composé en style et en
 » lettre de ce temps-là, par le frère Jean de Montay, religieux de Paris,
 » finissant par ces mots: Ce accomply par la grâce de Dieu, le premier jour
 » de juillet l'an mille cinq cent quarante-huict, à l'heure de neuf heures du
 » matin, après avoir célébré la sainte Messe, dite de l'Octave de saint Jean-
 » Baptiste. Je vous prie qu'il vous plaise prier Dieu pour mon salut. (1) »

Ex dictis liquido apparet utrumque auctorem in manu versasse antiqua atque authentica monumenta vitæ B. Franciscæ. Porro P. Joannes de Montay scribebat anno quinquagesimo sexto postquam sacrum corpus elevatum fuerat prima vice. P. Leo et P. Albertus scribebant sexaginta circiter annis postquam idem sacrum Corpus in terra absconditum fuerat propter metum Hæreticorum, vix autem quadraginta postquam denuo erat elevatum. Ambo diserte asserunt tempore elevationis positum fuisse *in ipso loco ubi nunc est*.

Prætera elevatio sepulcri, concursus populi ad venerandum sacras Reliquias, res mirificæ quas Deus operatus est per suam ancillam in elevatione prædicta, sunt facta publica, omnibus nota; circa quæ nec falli nec fallere possunt auctores probi ac religiosi, qui tempore proximo et in ipso loco historiam concinnunt. Si objicias miracula quæ narrant non juridice probari, non dissentimus; sed hic non agitur, ut norunt omnes, de miraculis juridice probandis, bene vero de testanda exhibitione cultus publici in honore Beatæ nostræ Franciscæ, et, ni fallamur, manet inconcussum factum elevationis sepulcri, cum veneratione perseveranti Monialium et populi. Quæ sane species est præclara cultus publici. Porro hoc factum incipit anno septimo post mortem servæ Dei, quadraginta et duobus annis ante tempus præfixum ab Urbano VIII pro computanda centenaria; perseverat tota decurrente centenaria ipsa, siquidem auctores citati scripserunt anno ipso quo prodiit celebris Constitutio *Cælestis Hierusalem* qua prælaudatus summus Pontifex, confirmans decreta die 13 martii 1625 edita, iterum declaravit se nolle in aliquo præjudicare sanctis *qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum Virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia Sedis Apostolicæ vel Ordinarii celebrabantur* (2).

Addimus vero, quod sane maximi est ponderis, hæc omnia non potuisse fieri, nisi cum scientia et tolerantia Ordinarii Nannetensis. Nam Monasterium Nostræ

(1) Ch. XXXIV, ad finem.

(2) Bullarium Urbani VIII. Const. CXVIII et Const. CDLIX.

Dominæ de Scotiis tribus millibus tantum distat Nannetis; idque erat quod dignitate fundatricis et Pontificiis Constitutionibus locum præcipuum habebat. Alias vero satis probatur scientia Ordinarii, sive ex eo quod D^{nus} Barrin, Vicarius generalis, vitam B. Franciscæ ipse enarravit, sive ex eo quod DD. de la Muzanchère, Nannetensis Episcopus, cultum ancillæ Dei exhibitum esse ab immemorabili in instrumento publico testatus est, ut infra dicemus.

His discussis circa originem cultus B. Franciscæ Ambosiæ, seriem texemus auctorum qui sanctitatem ipsius laudaverunt, titulo *Beatæ* illam appellantes.

§ II. — DE TITULO BEATÆ VINDICATO FRANCISCÆ AMBOSIÆ

UNANIMI-AUCTORUM CONSENSU.

ANNO 1490.

Arnoldus Bostius in *Speculo Historiali*, elucubrato circa annum Domini 1490, annis circiter quinque post obitum B. Franciscæ, hæc de illa scribit:

« Francisca, Ducissa Britanniae, relicta Petri Ducis Britanniae unica, ex intenso
 » zelo quem habuit ad beatam Dei Genitricem Mariam, mundum disponens re-
 » linquere, scrutata est regulas plurium Ordinum; sed ad nullum Ordinem se
 » inclinavit, nisi ad religionem Beatæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli,
 » quam devote intrans, et in ea sancte et pie conversans, dictam religionem mul-
 » tum decoravit per ædificia duorum Monasteriorum monialium dictæ Religionis,
 » quæ bonis multis dotavit, in quorum uno prope Civitatem Nannetensem ipsa
 » Ducissa IN OMNI SANCTITATE et devotione usque ad exitum vitæ perseveravit. »
 (Sum. n° II.)

Balduinus Laërsius, in *Collectaneo exemplorum* scripto circa annum 1480, cap. 5, dum adhuc B. Francisca in vivis ageret, eadem fere de verbo ad verbum dixerat. Unde manifeste apparet, et ante mortem et statim post obitum, in maxima sanctitatis opinione habitam esse. (Sum. n° II.)

SÆCULO XV VEL XVI.

R. P. Dom. Morice in opere cui titulus: *Mémoires pour servir de preuves à l'Histoire de Bretagne*, t. III, p. 448, edito anno 1746, laudat antiquum manuscriptum Monasterii de Scotiis, cujus ætatem non assignat; sed referri debet sive ad sæculum XV, sive ad sæculum XVI, ut patet. Non enim collectum fuisset a docto Benedictino inter Memorias in probationem *Historiæ Britanniae*, nisi antiquitatis auctoritatem habuisset. Manuscriptum istud sic habet:

« Obiit illustrissimæ BEATÆQUE MEMORIÆ Reverendissima Mater nostra ,
 » quondam Britanniae Ducissa, Francisca de Amboisia, fundatrix monasteriorum,
 » primum S. Claræ in urbe Nannetensi, quod in propria domo proprio
 » sumptu novum exstruxit, illustrissimo quondam principe Petro Duce adhuc
 » superstitē; ac deinde cum esset vidua, Trium Mariarum prope Venetum, cum
 » dote sexcentarum librarum redditus perpetui, solo a Religiosis Boni-Doni
 » comparato, in quo se et sua Deo et B. Virgini dedicans, infra paucos
 » annos, in tantæ perfectionis culmen et exemplar evasit ut filiae quas in
 » Christo genuerat, eandem in Matrem et Priorissam sibi elegerint, et, quamvis
 » reluctamine et plurimis lacrymis sua de parte conatu possibili renuerit,
 » assecutæ sunt quod ardentissimis votis cupientes postulabant. Tandem auc-
 » toritate summi Pontificis Sixti Papæ quarti, translata fuit cum omnibus suis
 » sanctimonialibus ad hunc locum B. Mariæ de Scotia, quæ in muro cinxit;
 » claustrum, dormitorium et necessarias novi monasterii officinas a fundamentis
 » erexit; ecclesiamque campanili, testitudine, pavimento et aliis requisitis
 » quam plurimum decoravit; annuis insuper proventibus ampliavit. Sed super
 » hæc omnia laudes ejus extollunt virtutes quæ tractu parvi temporis etiam
 » perfunctorie narrari non possunt, utpote quæ cæteris omnibus, vigiliis et
 » orationibus, et religiosis exercitiis ferventior et instantior, humilitate pro-
 » fundior. Obiit anno Domini 1485, quarto die novembris (1), feria sexta, hora
 » qua Dominus et Redemptor noster Jesus Christus pro generis humani salute
 » exspiravit. » (Sum. n° III.)

ANNO 1619.

Venerabilis P. Michaël a Fuente, in *Compendio historiali* typis edito Toleti, in Hispania, anno 1619, in Catalogo Sanctorum et Beatorum Ordinis B. V. Mariæ de monte Carmelo, Franciscam hoc brevi elogio celebrat :

« BEATA FRANCISCA, Ducissa Britanniae, conjux Ducis Britanniae, post mortem
 » mariti, arripiens institutum monialium Carmelitissarum, fundavit duos
 » conventus monialium, et in uno nuncupato Nazareth obiit, HABITA UT
 » SANCTA (2). (Sum. n° IV.)

(1) Legitur apud D. Morice : quarto die *decembris*, evidenti errore qui sane tribuendus est amanuensi.

(2) Auctor extraneus erravit in nominando conventu ubi obiit B. Francisca, siquidem mortua est in Monasterio de Scotiis. Error hujus auctoris forsitan venit ex eo quod Monasterium S. Mariæ de Nazareth fundatum fuit anno 1529 ab ipsis Monialibus Scotianis, quarum pars in novum conventum se transtulit. Lege apud Albertum n° XL et seq. narrationem eorum quæ pertinent ad fundationem S. Mariæ de Nazareth.

ANNO 1625.

In vita B. Joannis Soreth, ab ejus socio viæ et visitationum Waltero de Terra-Nova scripta, typis edita Parisiis, anno 1625, cap. XVI, sub isto titulo marginali : *Beata Francisca d'Amboise, minoris Britanniae Ducissa in Carmelitarum ordinem se recepit*, hæc de ipsa et ejus alumnis ac posteris monialibus Carmelitissis habentur :

« Videre est non parvo numero, illustri prosapia e nobilioribus Armoricae
 » familiis oriundas, quæ quidem omnibus se divitiis et facultatibus abdicantes,
 » longius extra corporis delicias excurrunt, et claustrum solitudinem lætis animis
 » amplexantur; in hoc nimirum nobilissimam heroinam BEATAM FRANCISCAM DE
 » AMBOISE naviter æmulatæ, etc., etc. » (Sum. n° V.)

ANNO 1634.

Ad hunc annum refertur prima editio Vitæ B. Franciscæ, auctore P. Leone Rhedonensi, cui titulus : *Vie de la très illustre et vertueuse Duchesse de Bretagne et Religieuse de Notre Dame du Mont Carmel, Françoise d'Amboise*.

In hoc opere passim appellat eam BEATAM et SANCTAM; narrat elevationem sepulcri ipsius ut fuse supra disseruimus. Insuper exemplari hujus vitæ quod in manibus habemus affixa est imago, in qua depingitur Francisca habitu monialis Carmelitanae, pallio tamen herminis distincto ut qualitas Ducissæ Britanniae innotescat, cujus faciem radii e caelo immissi illuminant, et infra scribitur :

B. S. FRANCISCA AMBOSIA, ORDINIS CARMELIT.

Cum disticho sequenti :

Conjugii tædas spernens Francisca secundas :
 Solus, ait, Christus jam mihi sponsus erit.

Præterea in præfatione Vitæ B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, ab eodem auctore compositæ, compendiosum elogium Ordinis Carmelitani retexens, inter Sanctos ac Beatos hujusce Ordinis, scilicet B. Simonem Stock, S. Albertum, S. Petrum Thomam, S. Andræam Corsini, B. Joannem Soreth, S. Teresiam, S. Mariam Magdalenam, laudat B. Franciscam his verbis :

« ... Et, comme nous faisons voir au public dans le tissu de sa vie, une sainte
 » Duchesse, Françoise d'Amboise, laquelle, après le décès de son espoux,

» fonda en Bretagne les Religieuses Carmélines, il y a près de ceux cents ans,
 » et elle-mesme par sa profession fut la pierre vive sur laquelle sont bastis tant
 » de beaux Monastères de Vennes, Nantes, Rennes, Ploërmel, et autres
 » remplis de ces filles du Ciel, ces dévotes Religieuses, qui par leurs achemi-
 » nemens à la vertu, mettent en compromis la gloire de la perfection que le
 » monde croit leur estre enviée par la faiblesse de leur sexe. » (Sum. n° VI.)

ANNO 1637.

Prima vice, editus fuit Nannetis, hoc anno, liber P. Alberti de Morlaix, Dominicanici, cui titulus : *La vie, gestes, mort et miracles des saints de la Bretagne Armorique*.

Jam de isto auctore satis disseruimus, quum ab illo mutuati sumus narrationem elevationis sepulcri B. Franciscæ. Sufficiat commemorare illum fuisse narravisse *Vitam Beatæ Franciscæ* inter vitas sanctorum Britanniae qui, nullo contradicente, cultu publico a tempore immemorabili honorantur; et quorum plerique, summo Pontifice his ultimis annis approbante, in Kalendariis Dioecesanis cum Lectionibus atque Officiis propriis inserti fuerunt. Ad diem 28 septembris posuit vitam B. Franciscæ cui titulus hujusmodi præfertur : *La vie de la BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE, Duchesse de Bretagne, fondatrice des Carmélines audit pays*. Singulis paginis repetitur titulus : *La vie de la BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE*. In decursu narrationis passim et frequentissime eam BEATAM nominat, ut solet fieri a scriptoribus qui res gestas sanctorum et beatorum commemorant.

Animadvertendum est P. Albertum pertinere ad familiam religiosam S. Dominici, cui specialiter demandatur provincia tuendi Decreta Pontificia, illumque scripsisse, cum licentia superiorum, tribus annis tantummodo post editum celebre decretum Urbani VIII; necnon in editionibus quæ successive, annis 1659 et 1680 in lucem datæ fuerunt, nihil immutatum fuisse circa vitam B. Franciscæ. Quod nobis videtur argumentum validissimum ad probandum Beatam Franciscam, in tempore ipso quo prodiit decretum Pontificium, inter eos beatos ac sanctos adnumeratam fuisse quibus nullum præjudicium Urbanus VIII inferri voluit. (Sum. n° VII).

EODEM ANNO 1637.

Rursus argumentum confirmatur ex *Martyrologio Gallicano* hoc anno 1637 edito ab Andrea du Saussay, Episcopo Tullensi. Ad diem 4 octobris (1) sanctam Ducissam commemorat hoc elogio :

(1) Manifesto errore Andreas du Saussay B. Franciscam posuit ad diem 4 octobris loco novembris, imprudentiam per quam nescimus.

« Eodem die, Nannetis, pie admodum defuncta est BEATÆ MEMORIÆ Franciscæ
 » Ambosia, ex præpotenti Ducissa Britanniae humilis monialis, fundatrixque
 » religiosarum Carmelitarum, æque sanctitatis operibus ac insigniis gloriæ quam
 » admirabili vita promeruit conspicua. » (Sum. n° VIII.)

Adnotandum est Beatam Franciscam adnumerari ab Andrea du Saussay inter *Beatos* et *Pios* quos, per modum diariæ appendicis, ut ipse ait, textui Martyrologii singulis diebus subnectit. Quid vero sentiendum sit de titulis quibus nomina eorum ornantur ipse dilucide explicat in *Apparatu ad Martyrologium Gallicanum* :

« Quantum autem ad nomen *Beati* attinet, inquit cap. XXIII ad
 » finem, quanquam rigide non sit a nobis plerisque in locis usurpa-
 » tum, ut *Beatificati*, quotquot hoc epitheto insignitos videris, Apostolicæ
 » Sedis speciali decreto existimentur; tamen fere semper et ubique hanc
 » nuncupationem secundum canonicam acceptionem inducimus. Ubi enim in
 » mantissa rotunde scribimus *Beatum*, eundem beatificatum Ecclesiæ Romanæ
 » judicio passim intelligimus. In aliis enim attemperamus hunc titulum, ut de
 » recto in obliquum inflectentes, eundem cum addito applicemus. Inscribimus
 » enim qui sunt ejusmodi ut hos Deus in vita claros virtutibus reddiderit, et
 » ipsorum merita signis declaraverit, at Ecclesia Beatos haud adhuc pronuntiavit,
 » *Beatæ memoriæ*. *Piæ* autem, qui conspicuæ pietatis et justitiæ dotibus
 » perornati, in pace filiorum Dei cum plurima sanctæ conversationis existi-
 » matione decesserunt; licet horum nonnulli forte post mortem signis gloriæ
 » patentibus, aut saltem crebris non refulserint. At in his omnibus, nihil pro
 » privato libitu et arbitrio admisimus, sed ubique, dum hoc discrimine
 » utimur, secuti sumus prævia piorum ac eruditorum auctorum vestigia, ut
 » ex Commentario liquido apparebit. »

Hunc textum Episcopi Tullensis integrum retulimus, ut bene constaret illum non inconsulto vel temerario judicio egisse in titulo *Beati* vindicando servis Dei; et, quum Franciscæ Ambosiae elogium *Beatæ memoriæ* tribuisset, id fecisse quia suis temporibus vere cultu publico honorabatur, licet apostolica auctoritate nondum confirmato. Quod demonstrare conamur.

Non abs re erit subjicere Beatum Thomam Helyam, presbyterum et confessorem in Dioecesi Constantiensi Galliarum, cujus cultus immemorabilis nuper approbatus est a SS. DD. N. Pio PP. IX, decreto 14 julii, anno 1859, pariter adnumeratum fuisse ab Andrea du Saussay inter *Beatos* et *Pios*, ut videre est in Martyrologio Gallicano, ad diem 19 octobris.

CIRCA ANNUM 1637.

Vincentius Charron, canonicus Ecclesiæ Cathedralis Nannetensis, homo peritus rerum Liturgicarum, ut probat Proprium SS. Nannetensium ab eo ordinatum anno 1622, in opere cui titulus: *Kalendrier historial de la glorieuse Vierge Marie Mère de Dieu* (1), breviter narrans vitam Franciscæ Ambosiæ, eam Beatam vocat. (Sum. n° IX.)

« La BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE, *inquit*, Duchesse de Bretagne, femme » du Duc Pierre II du nom, du consentement duquel elle garda sa virginité, » entra en l'ordre de sainte Claire des Frères Mineurs au Monastère par elle » basti à Nantes, mais n'ayant peu supporter l'austérité de cette reigle, en étant » sortie après la mort du Duc son mary, elle entra en l'ordre des Carmélites, » qu'elle fit venir de Liège et les établit auprès de Vennes en un lieu appelé le » Bon-Don et maintenant Nazareth. Elle fonda un autre Monastère du mesme » Ordre au-dessous de Nantes, appelé les Couëts, d'où elle fut Prieure et y » mourut à tel jour (*id est 4 novembris ad quam auctor narrationem refert*), » un vendredy environ midy, l'an 1485..... Sept ans après sa mort, son » corps fut trouvé tout entier sans corruption. »

ANNO 1639.

Prodiit hoc anno Lugduni opus quod inscribitur *Paradisus Carmelitici decoris*, a R. P. Fr. Marco Antonio Alègre de Casanate, Carmelita, hispano Celtibero Turiasonensi, Doctore in S. Theologia. In illo legimus:

« De Beata Francisca de Ambosia, anno Christi 1448.
» BEATA FRANCISCA DE AMBOSIA, natione, sic eam cognominat Leo a S.
» Joanne, Britannia, Petri Britannia et utriusque Armorica Magni Ducis
» uxor; et postea, ut Boersius affirmat, sacrimonialis Carmelitana, in conventu

(1) Titulus integer operis Vincentii Charron sic legitur in fronte libri, imaginibus B. Mariæ, SS. Apostolorum Petri et Pauli, SS. Vincentii Diaconi et Vincentii Ferrerii ornata: *Kalendrier historial de la glorieuse Vierge Marie Mère de Dieu, faisant mention chaque jour de l'an de quelque chose qui la regarde, de la mort de ses fidèles serviteurs, du grand soing qu'ils ont eu de la servir, des faveurs qu'elle leur a départi, du sévère châtement de ses ennemis et des miracles qu'elle a opérés. Recueilly de divers auteurs par M. Vincent Charron, Prestre Chanoine en l'Eglise Cathédrale de Nantes en Bretagne. A Nantes, par Pierre Dorion, imprimeur du Roy.* Titulus iste annum non præfert. Approbatio Dⁿⁱ Arnould Doctoris in Sacra Theologia, ad calcem indicis apposita, data est die 14 maii, anno 1637.

» Nazareth, juxta Venetias in Armorica, a se in Britannia ipsa fundato, et » summis dotibus aucto, cum altero quem cognomento de Scotiis prope Ligerim » ejusdem Ordinis erexit, annuis pinguibus censibus, a Ducis viri morte, » ditavit. Claruit sanctitate excelsa, ejusque meritis creduntur ex dira hære- » ticorum manu illæsa ista cœnobio hucusque mansisse; quæ semper clara » observantia fulgentia, tantæ Ducissæ fundatricis posteritati seræ sedula » virtutum exempla demonstrant. Obiit tandem grandi sanctitatis opinione » celebris, quæ usque ad hæc tempora durat in suo Nazarethi in Britannia » cœnobio (1), Boersio teste ex voce Arnolphi Bostii et Leone a S. Joanne, » annis pacis a Christo æternæ 1448, sub Archimestre orbis, vere summo, » vere optimo, vere maximo, Nicolao V, Sergianensi, et Alberti II imperio. » Videndus est Joannes a Monte qui vitam hujus S. Ducissæ late descripsit » 1548. » (Sum. n° X.)

ANNO 1656.

R. P. Lezana copiosius de B. Francisca tractat, t. IV *Annalium Ordinis Carmelitani*, et quidem ad annum Christi 1427, ubi hæc leguntur:

« Annus iste 1427 natalitius fuit celebris valde heroinæ Franciscæ d'Amboise, » Britannia Ducissæ et Ordinis nostri egregiæ alumna. Nedum propter insignem » ejus generis claritudinem, sed et quia *vitæ sanctimonia sydus Carmeli* » *nostri* fuit. Ipsius primordia et gesta, aliquot iis relictis quæ non valde ad » intentum nostrorum Annalium spectant, ex vita ipsius per Albertum Legrand, » Dominicanum descripta inter vitas Sanctorum et Sanctarum Britannia sic » depromimus, etc. »

Sequitur apud P. Lezana epitome vitæ B. Ducissæ quem non est opus hic retexere. (Sum. n° XI.)

ANNO 1680.

Fuse meminit Beatæ Franciscæ P. Daniel a Virgine Maria, in opere excuso Antuerpiæ, anno 1680, cui titulus: *Speculum Carmelitarum*. Inter alia testimonia de sanctitate servæ Dei quæ jam colligimus, hoc addit:

(1) Auctor Paradisi Decoris Carmelitici, sicut ante illum Michaël a Fuente, erravit in nominando conventu ubi B. Francisca obiit. Erravit etiam in assignando anno mortis ejus, nisi error tribuendus sit amanuensi qui descripsit textum quo usi sumus. Vide quæ diximus in nota, p. 26; et in Summario, n° XII.

« Exstat quoque (vita B. Franciscæ) sed aliquanto brevior, in opere cujus
» titulus est : *Decor Carmeli in splendoribus Sanctorum*, ubi hæc inter alia
» habentur : *Nupta igitur Petro Principi, raro admodum exemplo, Virgini-*
» *tatis integritatem, ad instar S. Cunegundis cum S. Henrico imperatore, ser-*
» *vavit, ut ipsemet sponsus Petrus moriens affirmavit; et in fine: Cum*
» *opinione sanctitatis mortua est, et plura ejus mira et miracula referuntur,*
» *unde BEATÆ nomen obtinuit, cujus vitam inter alios Britannia Sanctos*
» *describit Pater Albertus Legrand Dominicanus et plures alii scriptores præ-*
» *sertim Britannici.* » (Sum. n° XII.)

ANNO 1704.

Sub isto anno prodiit liber qui nobis videtur magni momenti in historia cultus Beatæ Franciscæ. Etenim scriptus fuit à D^{no} Barrin, Vicario generali et dignitate Cantoris in Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Nannetensis prædico. Auctor igitur omni auctoritate pollebat ut testimonio suo vim et pondus daret.

Hunc titulum libro suo præmisit : *La vie de la BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE, Duchesse de Bretagne, fondatrice des Carmélites, par M. l'abbé Barrin, Prêtre, grand Chantre, Chanoine et grand Vicaire du Diocèse de Nantes.* Eundem titulum singulæ paginæ referunt, id est : *La vie de la BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE.*

Integram præfationem, paucis verbis exceptis quæ nihil ad rem spectant, transcribere operæ pretium erit :

« J'ay douté long-temps si je devais écrire la *Vie de la BIEN-HEUREUSE FRAN-*
» *ÇOISE D'AMBOISE*; quoy-que Dieu ait déclaré sa sainteté par un grand nombre
» de miracles, l'Eglise n'a point encore prononcé, et c'est sa décision que nous
» devons attendre pour rendre un culte public à ces âmes choisies dont J.-C. a
» mérité la gloire par les mystérieuses ignominies de sa Croix.

» Quand je l'appelle Sainte, je veux seulement dire qu'elle s'est généreusement
» séparée du monde par les affections de son cœur dans les commencements, et
» par les vœux de religion, dans les dernières années de sa belle vie.

» Quand je l'appelle bien-heureuse, je regarde sa modestie dans son élévation,
» comme le plus grand bonheur que Dieu puisse jamais donner aux hommes.
» Elle a été prévenue par de fortes impressions de la grâce dès l'âge de quatre
» ans; son enfance a été digne d'admiration; le progrès de sa vie a répondu à
» ces heureux commencements; toute la Bretagne a été charmée de sa piété
» dans les actions de religion, et de sa sagesse dans le gouvernement de l'Etat.
» Toute l'Europe a été remplie de l'odeur de ses vertus; un grand Pape l'a

» regardée comme l'honneur de son pontificat, et n'a pas craint de prononcer
» cet éloge en présence des Cardinaux.

» Si elle n'a pas été canonisée, cette cérémonie a été retardée peut-être par le
» changement de domination. François II, dernier Duc de Bretagne, ne suivit
» pas les bons conseils de notre SAINTE dans les dernières années de sa vie;
» il attira dans ses Etats par la mauvaise conduite de Landais, une puissance
» plus redoutable que la sienne: ce fut d'abord celle de Louis XI, Roi de
» France, et ensuite celle de Charles VIII, son successeur, qui fit une rude
» guerre à la Bretagne, et ne posa les armes que quand les charmes de notre
» Duchesse Anne suspendirent en luy l'ardeur guerrière des jeunes conquérants.
» Il y a lieu d'espérer que quand ce royaume sera tout-à-fait tranquille, et que
» toute l'Europe jouira d'une profonde paix, cette BIENHEUREUSE dont nous
» écrivons la vie pourra bien estre proposée au culte et à la piété des Chrétiens,
» et que notre grand Pape Clément XI voudra bien prononcer juridiquement ce
» que Pie II en a pensé et dit très-souvent avec de grands sentiments d'estime,
» en présence de toute sa cour.

» Je n'ay ajouté aux actions, pensées et discours de notre Sainte que le tour
» et l'expression; j'en ay pour garant un *manuscrit de sa vie, écrit en lettres*
» *gothiques qu'on garde très-soigneusement dans la maison religieuse des*
» *Couëtz.....* (1).

» Je n'ay rien dit des miracles qui ont suivi sa mort, quoiqu'on en publie
» tous les jours, et qu'on en cite plus de cinquante, attestés par des gens,
» dit-on, d'une probité exacte et reconnue; mais quoiqu'il en soit, sa vie est
» le plus grand des miracles, et celui qui nous doit le plus toucher. Que nous
» serions heureux si nous voulions profiter des exemples de sa piété, qui sont

(1) Manuscripta litteris gothicis depicta in duas classes dividuntur: una eorum quæ *artificiosa*, altera eorum quæ *communis* dici possunt. Ad priorem classem reducenda sunt manuscripta diligenter exarata, litteris majusculis perpulchris et etiam sæpe picturis ornata. Posterior vero continet scripturas vulgares cujuscumque generis. Manuscripta *artificiosa* raro reperiuntur post artem typographicam inventam, ac saltem ad sæculum XV, vel initium sæculi XVI referenda sunt. Litteræ vero gothicæ in manuscriptis *communibus* usitatæ fuerunt per totum sæculum XVI, nec videntur omnino in desuetudinem abiisse, nisi jam incepto sæculo XVII, vel etiam ad mediætatem vergente. D^{nus} Barrin non explicat cujus generis fuerit manuscriptum Scotianum, nec cujus ætatis. Nobis valde probabile est, si conferas ea quæ dicunt P. Albertus et Fr. Leo de manuscriptis quæ ipsimet in manibus habuerunt, ad sæculum XVI referendum esse. Hanc brevem adnotationem de manuscriptis gothicis acceptam habemus D^{no} Rousteau, Canonico Ecclesiæ Nannetensis, qui in studiis quæ vocant *Archeologiæ* multam operam navavit.

» plus utiles aux Chrétiens que les miracles pour les conduire au vray
» bonheur. »

Haud dubitavimus quin textum integrum Dⁿⁱ Barrin allegaremus, utpote viri discretionis gravis, atque in dignitate ecclesiastica constituti. Ex hoc textu cæterisque in libro narratis nobis constare videtur: servam Dei cultu publico initio sæculi decimi octavi vere potitam fuisse, in eo sensu quo admittitur in causis beatificationis æquipollentis, ad tramites Decretorum Urbani VIII. Nam Vicarius generalis Nannetensis eam BEATAM constanter appellat; hanc appellationem in ipsa fronte libelli apponit; nec mirum, quoniam eam repererat in possessione hujus tituli. Aliunde cultus ejus publicus probatur tum ex elevatione sepulcri antea facta, ut supra narravimus; tum ex instrumento publico infra referendo, quo RR. DD. de la Muzanchère, Nannetensis Episcopus, anno 1762, annis circiter quinquaginta post vitam scriptam a D^{no} Barrin, nos docet sepulcrum permansisse elevatum, et testimonia publici cultus allata esse ad hoc sepulcrum ex tempore immemorabili.

Quando prælaudatus Vicarius generalis asserit Ecclesiam nondum judicium tulisse, atque expectandum donec judicaverit, ad reddendum cultum publicum Beatæ Franciscæ, nihil aliud significat nisi quod decretum Pontificium nondum latum fuerat, quo cultus Sanctæ Ducissæ juridice probaretur. Alioquin non dubitat asseverare beatam Franciscam dignam fuisse quæ in numerum sanctorum cooptaretur, et canonizationem dilatam fuisse mutatione regni. Non dubitat etiam memorare multa miracula quæ vulgo narrabantur; nec sane vir gravis, prudens ac doctus, ut satis patet legenti, ita locutus esset nisi res bene perspectas ac certas habuisset.

Non explicat quidem utrum ad causam beatificationis procedendum fore existimaret via ordinaria, discutendo ac probando virtutes et miracula; an via casus excepti, probando cultum ab immemorabili; et nobis sat probabile est illum ne quæstionem quidem delibasse. Nec forte quæstiones hujusmodi ad beatificationem et canonizationem spectantes docto viro elucidandæ facile veniebant, cum nondum hoc tempore editum fuerat laudatissimum opus Benedicti XIV. Quidquid sit, ex hoc testimonio gravissimo Vicarii generalis Nannetensis colligere possumus rem fuisse, ineunte sæculo decimo octavo, in eodem statu quo nunc est; et valde fuisse tunc optatum ut procederetur ad causam beatificationis. Hodie vero quum perierunt instrumenta authentica quibus miracula narrata possent probari, doctrinæ a Benedicto XIV traditæ inhærentes, via casus excepti progredi necessario duximus, siquidem via hæc nobis solum aperta ac segura videtur. (Sum. n^o XIII.)

ANNO 1773.

Hoc anno typis mandatum fuit Neapoli, in Italia, opus inscriptum: *Historia chronologica Priorum generalium latinorum Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo*, Auctore P. Mariano Ventimiglia, ejusdem Ordinis ex-generalis Priore.

Porro in dicto opere hæc leguntur, p. 143 :

« ANNO 1467, BEATA FRANCISCA D'AMBOISE, sive AMBOSIA, Britannia Ducissa
» vidua, novitiatu expleto, die 25 martii ac Ss. Annuntiationis Festo, solemnem
» religiosam professionem emisit in monasterio Trium Mariarum, sive Boni-Doni
» nuncupato, in nostri Generalis Sorethii manibus, maxima adstante Religioso-
» rum omnium Ordinum illius provinciæ turba, atque etiam Episcopo
» Venetensi, Clero ac Magistratu. (Leo a S. Joanne, in Delineat. Observat.,
» Rhedonensis.) »

Ibidem, p. 155 :

» Anno 1485, die 4 novembris hujus anni, gloriosissimus ad cœlestem
» patriam transitus contigit magnæ Carmeli heroinæ BEATÆ FRANCISCÆ
» D'AMBOISE sive AMBOSIÆ, quæ, Petro Britannia minoris Duci desponsata, virgi-
» nitatis laudem servavit. Vidua deinde facta, Carmelitarum institutum amplexa
» est, ac duo monialium monasteria fundavit. Defuncta tandem in Nannetensi
» cœnobio, de Scotiis vulgo nuncupato, Ecclesiæ carnis exuvias reliquit.
» Quemadmodum dum erat in vivis virtutibus illustris, ita post mortem mira-
» culis clara fuit. Mirabilem ejus vitam scripsit P. Albertus Legrand Dominicanus,
» et cum pluribus aliis Daniel noster: *Speculum Carmelitarum*, part. II, t. II,
» a quibus omnibus BEATA nuncupatur. » (Sum. n^o XIV.)

Hic gradum paulisper sistere debemus ut ponderemus quanti momenti sint testimonia quæ hucusque attulimus ad demonstrandum Franciscam Ambosiam titulo BEATÆ ab immemorabili tempore decoratam fuisse.

Tredecim sunt numero auctores ab anno 1490, id est anno quinto post mortem S. Ducissæ, usque ad annum 1773 : omnes viri graves, docti, religiosi atque, ni fallamur, omni exceptione majores.

Octo scriptores allegantur Ordinis Carmelitani : Arnoldus Bostius, religiosus monasterii Gandavensis; P. Michael a Fuente, hispanus; Fr. Leo Rhedonensis, in Britannia, aliter dictus Leo a S. Joanne; Fr. Walterus, socius viæ et visitationum B. Joannis Soreth, ipsius Generalis qui professionem religiosam B. Franciscæ accepit; Lezana, hispanus, qui Romæ degit sub Urbano VIII et

consultoris munere functus est in S. Congregatione de Indice, et S. Congregatione Rituum, necnon Ordinis sui historiam composuit; Daniel a Virgine Maria, auctor sat celebris Ordinis Carmelitani; P. Alegre a Casanate hispanus, Doctor in sacra Theologia; P. Mariano Ventimiglia, qui prioratum generalem totius Ordinis Carmelitarum gessit;

Unus ex Ordine Dominicano, P. Albertus Legrand, cujus liber Nannetis, in ipsa civitate ubi vixit ac mortua est Beata Francisca, typis cusus est; Andreas du Saussay, Episcopus Tullensis, qui cura magna collegit memorias Sanctorum ac Beatorum Galliae;

Tres auctores Nannetenses, scilicet: Manuscriptum antiquum monasterii de Scotiis a docto Dom. Morice Benedictino transcriptum; Vincentius Charron, Canonicus Ecclesiae Nannetensis, vir peritus rerum Liturgicarum; ac tandem D^{nus} Barrin, etiam Canonicus ejusdem Cathedralis ac Vicarius generalis Nannetensis.

Nec silentio prætereundum auctores istos non solum præbere traditionem constantem per tria sæcula, sed libenter dicam universalem.

Tres enim auctores ad Nannetensem Diocesim spectant, quorum duo ad Clerum sæcularem.

Tres sunt galli: inter eos unus dignitate episcopali fulget, Andreas du Saussay; unus ad familiam Dominicanam pertinet, Albertus Legrand; unus ex Ordine Carmelitarum, Fr. Leo Rhedonensis, cujus liber editus est Parisiis.

Tres hispani: P. Lezana qui Romæ Annales sui ordinis typis mandavit, P. Alegre a Casanate qui librum edidit Lugduni in Gallia; Michael a Fuente cujus liber in lucem prodiit Toleti in Hispania.

Tres e Belgio et Germania: Arnoldus Bostius, Walterus a Terra-Nova et Daniel a Virgine Maria, cujus Speculum Carmelitarum editum fuit Antuerpiæ.

Tandem unus italianus, ex-generalis sui ordinis, P. Mariano Ventimiglia, qui Neapoli librum palam fecit.

His auctoribus et scriptoribus ecclesiasticis qui B. Franciscam nomine BEATÆ appellant, adstipulantur varia acta et textus scriptorum laicorum ex quibus magis ac magis constat servam Dei vulgo ab omnibus BEATAM nominari.

In Archivio Præfecturæ Nannetis, habetur *Inventarium actorum ad dominium monasterii de Scotiis pertinentium*, confectum eo fine ut communicaretur Procuratori generali et Aulæ regali Rhedonensi, sub diem 10 octobris 1673. Ibi inter alia acta a sanctimonialibus exhibita enumerantur:

« Deux Bulles du Pape concernant la translation de leur Couvent des Couëts faite

» à la BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE, leur fondatrice et première supérieure
» de leur ordre, avecque la prise de possession d'abtée des 24 novembre, 11 octobre, 22 décembre, 4 mars 1476 et 1478. »

In eodem Archivio Præfecturæ Nannetensis asservatur declaratio facta die 12 februarii 1790 a Priorissa, Sorore Joanna Langlois de la Roussière, ex decretis cætus legislativi Gallici, quæ titulum præfert hujusmodi:

« Declaration que font les Prieure et Religieuses Carmélites de l'ancienne
» observance de leurs revenus et charges de la Maison et Communauté des
» Couëts, près Nantes, fondées et dotées en partie par la B. FRANÇOISE
» D'AMBOISE, Duchesse de Bretagne, l'an 1478. »

Hæc exempla satis ostendunt, ni fallamur, usum Franciscæ nostræ BEATÆ appellandæ ita apud omnes invaluisse, ut etiam in actis mere civilibus hoc nomine vocaretur. Nec mirum igitur si, diebus nostris, auctores etiam laici Franciscam BEATAM quasi jure hæreditario nomenent.

In opere cui titulus: *Biographie universelle, ancienne et moderne, rédigée par une Société de gens de lettres et de savants*, anno 1816 edito, legimus, t. XV, p. 494:

« Elle (Françoise d'Amboise) mourut dans son monastère le 4 novembre 1485...
» Ses vertus lui valurent l'honneur DE LA BÉATIFICATION, et André du Saussay fait
» mention d'elle dans son *Martyrologium Gallicanum*. » (Sum. n° XV.)

Rursus auctor in rebus nostræ civitatis apprime versatus, Camille Mellinet, in libro ab ipso typis mandato circa annum 1841: *La Commune et la Milice de Nantes*, t. VI, p. 320, hæc habet:

« L'abbaye des Couëts, fondée par LA BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE,
» avait conservé sa vieille réputation de sainteté et de grandeur. » (Sum. n° XV.)

Itaque cum D^{nus} Tresvaux, Canonicus et Vicarius generalis Parisiensis, anno 1837, Vitas Sanctorum Britanniae, a D^{no} Lobineau Religioso Benedictino Rhedonensi, sæculo præterito primum editas, denuo palam facere ac pluribus et doctis illustrare adnotationibus instituit, non dubitavit titulum BEATÆ ex usu antiquo ac communi Franciscæ Ambosiae asserere. Initio vitæ titulum istum prætulit: LA BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE, *Duchesse de Bretagne, puis Religieuse*

Carmélite ; et per totum decursum ejusdem vitæ singulis paginis hæc verba præfixa leguntur : LA BIENHEUREUSE FRANÇOISE D'AMBOISE (1). (Sum. n° XV.)

Difficile igitur foret invenire consensum magis constantem et universalem in asserendo titulo BEATÆ alicui servæ Dei. Quæ constantia atque unanimitas originem trahunt ex cultu publico , qui septimo post ipsius obitum anno incepit , quando sepulcrum ejus elevatum fuit et gloriosum signis variis ac miraculis factum est.

Ut omnes auctores qui titulum BEATÆ vindicarunt Franciscæ Ambosiæ ab anno 1490 usque ad exiens sæculum XVIII in unum colligeremus , ordinem chronologicum paululum excessimus. Nunc ad annum 1762 retrocedendum est ut inspeciamus attente instrumentum authenticum quo cultus Beatæ Ducissæ exhibitus describitur.

§ III. — DE RECOGNITIONE CORPORIS ET SEPULCRI B. FRANCISCÆ AMBOSIÆ
AB EPISCOPO NANNETENSI.

ANNO 1762.

Anno Domini 1762 , RR. DD. Petrus Mauclerc de la Muzanchère , Episcopus Nannetensis , ad monasterium N. D. de Scotiis sese transtulit , rogantibus Priorissa ac monialibus ejusdem monasterii , ut sepulcrum Beatæ Franciscæ aperiret ; atque omnium quæ gesta fuerunt hac occasione instrumentum debita forma confecit. Quod , providentia Dei , inter medias turbas sæculo proxime elapso in Galliis ac præsertim in nostris provinciis excitatas , integrum ad nos usque pervenit. Ex hoc instrumento seligemus ea quæ spectant ad cultum Beatæ Franciscæ. Exemplar integrum in summario reperire est. (N° XVI.)

(1) D^{ns} Lobineau solus est inter scriptores nostros qui titulum BEATÆ Franciscæ Ambosiæ vindicare hæsitaverit. Abreptus hoc zelo immoderatæ critices cui auctores etiam religiosi sæculi decimi octavi nimis indulserunt , parvi pependit traditiones antiquas ; et legenti facile innotescit eum non satis rimatum fuisse monumenta vetera nostrarum Ecclesiarum , nimiumque formidasse in narrandis miraculis quæ Deus plerumque per sanctos suos operatus est. Legi potest ea quæ dicuntur a D^{no} Tresvoux in sua præfatione operis : *Les Vies des Saints de Bretagne* . . . , par Dom Guy-Alexis Lobineau. Nouvelle édition, revue, corrigée et considérablement augmentée par M. l'abbé Tresvoux, Chanoine, Vicaire général et Official de Paris. (Paris 1836.) Qui et ipse e Britannia oriundus traditioni indefessæ apud nos adhærens , titulum BEATÆ nostræ Ducissæ fidenter restituit.

Tenor igitur hujus instrumenti talis est :

« Pierre Mauclerc de la Muzanchère , par la miséricorde de Dieu et la grâce
» du Saint-Siège Apostolique , évêque de Nantes , conseiller du Roi en tous ses
» conseils , etc. , savoir faisons que le lundi vingt-neuvième jour du mois de mars
» mil sept cent soixante-deux , sur le réquisitoire de nos très-chères Filles les
» Prieure et Religieuses Carmélites du Monastère des Couëts , situé sur les bords
» de la Loire , et distant d'une lieue de la ville de Nantes , nous nous serions
» rendu , sur les six heures du soir , audit monastère , accompagné de messire
» Nicolas de Pontual , chevalier de l'Ordre royal et militaire de Saint-Louis ,
» ancien lieutenant-colonel de dragons retiré à Nantes , de messire Jean-François
» Froment , prêtre , bachelier de Sorbonne , supérieur de la Communauté des
» Prêtres de Saint-Clément de Nantes , de messire Gabriel-Urbain Douaud , prêtre ,
» chanoine de l'Eglise Collégiale de Notre-Dame de Nantes , et notre Secrétaire
» ordinaire ;

» Que le lendemain , trentième du même mois , sur les dix heures du matin ,
» lesdites Prieure et Religieuses nous ayant représenté qu'appréhendant que le
» laps de temps n'eût endommagé la châsse ou cercueil où est enfermé le corps
» de la très-vénérable Mère , François d'Amboise , Duchesse de Bretagne ,
» Religieuse fondatrice dudit monastère des Couëts , MORTE EN ODEUR DE SAINTETÉ ,
» le quatre novembre mil quatre cent quatre-vingt-cinq , dont elles sollicitent la
» béatification , elles nous suppliaient très instamment de permettre qu'il fût
» fait en notre présence ouverture du tombeau de ladite vénérable mère ,
» et faire rapport et procès-verbal de l'état dans lequel nous l'aurions
» trouvé.

» Voulant satisfaire les pieux désirs desdites Prieure et Religieuses , nous
» serions entré dans ledit Monastère , accompagné des sieurs Froment , de
» Pontual et Douaud , des sieurs François Séraphique Couraud et Yves Brossaud ,
» prêtres , aumôniers de ladite maison des Couëts ; des sieurs Jean-Baptiste
» Dubois , prêtre , docteur en Théologie , vicaire de la paroisse de Rezé ,
» Mathurin Groléau , ingénieur des ponts et chaussées de France , Jean Minatte ,
» maître chirurgien que nous avions fait appeler à l'effet de connaître et
» distinguer les parties du corps qui se seraient trouvées , et après avoir
» reconnu le caveau ou enfeu où était déposé le corps de ladite Mère d'Amboise
» auquel nous avons reconnu deux ouvertures , l'une du côté de l'Eglise , large
